



DISPVTATIO XXI.

DE EXTREMO IVDICIO.

THESIS I.

SCopus Articuli istius non tam est ὀμολογητικὸς quàm ἀπολογητικὸς, oppositus atrocibus diffamationibus, quibus nostrarum Ecclesiarum Confessionem horribiliter notabant Pontificij.

2. Etsi enim de hoc religionis Christianae articulo, inter partes dissidentes publicè conveniebat: ejusmodi tamen convitijs, & extrema impietatis notis, impuri passim Monachi, partim scriptis, partim concionibus Lutheranam doctrinam sub initium reformationis proscindebant, ut exteris Gentilibus, Gallis, Vngaris, Italis, Hispanis praesertim esset persuasissimum, eam omni honestorum & turpium discrimine sublato, negare uti DEVM, sic extremum quoque iudicium.

Pluri.